



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vera Sapientia

Pinamonti, Giovanni Pietro
Segneri, Paolo

Coloniae, Anno M.D.CCVI.

VD18 12664146

Annotationes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50782](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50782)

ANNOTATIONES.

Ad Confid. 1. punctum 1. (A)

Malum culpa, quantum est ex se, est privativum boni divini, si esset privabile, sicut amor amicitia erga Deum est positivum boni divini, si esset ponibile, Cajet. part. 1. q. 19. Art. 9. Peccatum mortale talis est natura, ut si possibile esset, destrueret ipsam Deum: eo quod causa esset tristitia in Deo, & tristitia esset infinita ac proinde destrueret ipsum Deum. Medina, de Pœnit.

Ad Confid. 3. punctum 2. (B) Peccatum pluris à Deo estimatur in ratione mali, quam omnia opera bona in ratione boni; & magis Deum affligeret si capax esset doloris, quam omnia bona opera exhilararent. Less. de Perf. Div. lib. 13. n. 187.

Ad Confid. 4. punctum 3. (C) Peccatum mortale verè dignum est pœnâ æternâ, utpote offendens Deum, non quasi licet cunque, sed hostiliter, ad dijudicandum Deum à sua Deitate. Cajet. 2. 2. q. 93. art. 2. Less. lib. 6. num. 189.

Ad Confid. 5. punctum 1. (D) Nullam puram creaturam, quantâvis grâtiâ

tiâ

Annotationes.

tiã pradam posse, vel pro altero tan-
tum homine, condignè pro peccato sa-
tisfacere, vera Patrum & Scholastico-
rum sententia est. Valq. 3. p. 1. q. 1. dist.
4. cap. 3.

Ibidem (E) tanta est peccati mora-
lis malignitas, ut posita in lance di-
vina justitia preponderet omnibus
operibus omnium Sanctorum, etiamsi
millies plura & majora forent. Neque
hoc incredibile videri debet; Nam
omnia opera, licet in se considerata sint
maximè estimationis, tamen sunt in-
star nihili respectu Dei, cujus Majesta-
ti & beneficiis sunt debita omnia ista,
& infinites majora, & plura. At con-
temni à sua creatura, qua infinitum
amorem & honorem prestare deberet, si
posset, hoc maximè estimatur, tanquam
maximè repugnans ejus Maje-
stati, & beneficiis. Less. loc.
cit. n. 1. 178.

O. A. M. D. G.

Et salutem animarum.

IN